UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

40. De horrore Anathematis Ecclesiastici, ac de Almifico Episcopo Mog[un]tino, patrem suum Othonem Imper. coniugio canonibus vetito copulatum excommunicantem, & de lamentabili Othonis, ex ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

rat, abſoluit, atque ante altare Eccleſiæ recō-
ciliauit. Inter chorizantes filia ſacerdotis cu-
iuſdam cum duabus alijs cōtinuò mortua eſt,
cæteri continuis tribus noctibus dormierunt,
aliqui pœnam ſuam tremore membrorum oſten-
didêre. Hoc ſcriptum reliquit Hubertus, qui
fuit vnus ex illis, aliqui ex ijs ita compuncti, vt
inter ſanctos ſint reputati.

*D. Petrus Damianus in tractatu de quibuſdam mi-
raculis. habetur ad calcem tomi 7. Laurentij Su-
rij. De horrore anathematis Eccleſiaſtici, ac de A-
fico Epiſcopo Moguntino, patrem ſuum Othonem
imper. coniugio canonibus vetito copulatum,
communicantem: & de lamentabili Othonis,
communicationem contemnentis, interitu.*

CAP XL.

ROBERTUS Gallorum rex propinquam ſi-
bi copulauit vxorem, ex qua ſuſcepit filium
anſerinum per omnia collum & caput habē-
tem. Quos etiam virum & vxorem omnes
Galliarū Epiſcopi communi ſimul excom-
nicauêre ſentētiam. Cuius ſacerdotalis edi-
tantus omnē vndique populum terror inuaſit,
vt ab eius vniuerſi ſocietate recederent,
præter duos ſibi ſeruulos ad neceſſarij victus
obſequium remanerent, qui tamen & ipſi om-
nia vaſa, in quibus rex edebat vel bibebat, per-
cep to cibo, abom inabilia iudicantes, pa-
lum ignibus exhibebant. His tandem rex
arctatus anguſtijs ad ſanum conſilium rediens,
diuer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuertit inceſtum, inijtq; legale connubium. Sed & Otho rex Teutonicorum, qui poſtmodum Imperator creatus eſt Romanorum, Adalahidem Italię reginam, quę ſibi commater exſtiterat, ſuſcepit in coniugem. Quem filius eius Almificus, qui Mogūtinæ præſidebat paſtor Eccleſiæ, cœpit conſtanter arguere, & ſceleſtum luridumq; coniugium publicè condemnare. Pater autem vehemēter iratus, eum comprehendi præcepit, & carcerali mox cuſtodiæ mancipauit, quem per annale circiter ſpatium carceri incluſit, ſed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cùm verò pater eum, quadrāgeſimali decurrente ieiunio, de cuſtodia decreuiſſet educere, antequàm Pſalterium expleret, quod aureis exornabat apicibus, recuſauit exire. Veruntamen cùm exiuit zelo ſacerdotalis accenſus authoritatis, non quieuit, ſed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis intorſit. O verè dignum regio genere ſacerdotem, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum, ſed dum paternam ac regiam authoritatem in ſolo Deo cōſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtentem à ſe penitus extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduerſum te inſolenter agere, te verò præiudicium ſuſtinere: ſcito præcognoſcens quia die ſancto Pentecoſtes vterq; ſimul adſtabimus ante Deum, ibiq; ventilabi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur inter nos librata iuſtitiæ lance litigum.
Ibi luce clarius apparebit, quis noſtrum æqui-
tatis lineam teneat, quis Dei legibus contradi-
cat. Factumque eſt, ipſo, qui dictus eſt, ſicut
ſanctę ſolemnitatis die, vt dum præfatus Au-
guſtus imperialibus inſulis redimitus, multo-
rumque pōtificum choris, ſiue procerum va-
latus agminibus, Miſſarum ſolemnijs inter-
ſet, repentino ſuper eum veniente iudicio
pertus ſit mortuus. Epiſcopus autem iam
domino quieuerat. Sic, ſic, qui de inceſto co
iugio contempſit inter homines iudicari
tribunal æterni iudicis coactus eſt pertrahi
qui ſubiectum ſibi dedignatus eſt audire po
tificem, terribilem ſuper ſe non potuit euade
maieſtatem.

Gregorius Turonen in libr. de vitæ Patrum, cap.
habetur in Tomis Laurentij Surij 1. Octob.
S. Nicetio Epiſcopo Treuirenſi, quanta auth
ſacerdotij ſui dignitate vſus ſit apud regem,
terales regis ob ipſorum facinora à communione
gregatos, à Miſſarum ſolemnijs remouerit, ac
moniacum ſigno crucis ſanauerit.

CAP. XLI.

CVM Theodorico decidente, Theode-
tus filius eius regnum ambiſſet, ac mult
iniquè exerceret, aduenit dies dominicus,
ecce rex cum his, qui Nicetio Epiſcopo com-
munioni abeſſe iuſſi fuerant, Eccleſiam eſt in-
greſſus. Lectis igitur lectionibus, quas cano
ſan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN